



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CCCIII. Testament des Heinrich Hartwig, Vicars zu St. Marien in Salzwedel,
viel fromme Stiftungen enthaltend, vom 22. April 1421.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

boqueme duncket. Des to grotter bekantnisse hebbe wy vorbenomeden Ratmanne vnser Stad Ingegheil wilikin hengen heten an dessen Breff. Gheuen Na godes bord vertehundert jar, Dar Na In deme twintigsten Jare, des negisten sondages na des hilgen lichnames dage.

Nach dem Originale des Salz. Archives XXXII, 13.

CCCIII. Testament des Heinrich Hartwig, Vicars zu St. Marien in Saltwedel, viel fromme Stiftungen enthaltend, vom 22. April 1421.

In nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem Millefimo quadringentesimo vicesimo primo — mensis aprilis die vicesima secunda — in mei Notarii publici — presentia — hincricus hartwici, perpetuus vicarius in Ecclesia parochiali beate Marie virginis in Soltwedel, — condidit — eius vltimam voluntatem — in hunc modum — Quia omne corpus catholicum tradi debet ecclesiastice sepulture, si contigerit me mori in lüneborgh, cupio et eligo sepulturam apud fratres minores in pede chori et do vnicuique presbytero ibidem vnum solidum et non presbytero sex denarios pro vigiliis celebrandis. Item volo quod mei testamentarii ordinent lapidem sculptum super sepulcrum. Item volo quod statim testamentarii post mortem meam faciant legere triginta missas apud dictos fratres minores et in Hilgental et aliis ecclesiis ut misse compleantur. Item assigno domino Episcopo Verdenfi tres florenos reneses. Item do Elyzabeth Thuritzen et Alheidi hartwici consangwineis meis, monialibus in distorpe, quatuor marcas denariorum et viginti quatuor solidos annuatim, subleuandos temporibus vite sue de domo, quam inhabitat Wolterus praterus meus in Soltwedel apud fratres minores —. Item do librum meum meliorem viaticum ad chorum beate virginis katherine in Soltwedel ad communem usum ibidem cathenandum, pro quo prouifores eiusdem ecclesie semel annis perpetuis temporibus dare debent quatuor solidos denariorum, sub isto modo, videlicet, domino plebano ibidem decem et octo denarios et cuilibet suorum Capellanorum vnum solidum, Custodi dicte ecclesie sex denarios, vnde vigiliis et missas annuatim defunctorum per eosdem peragantur in salutare remedium Johannis Hartwici et suorum progenitorum. Item do Testamentariis meis cuilibet in releuamen suorum laborum duos florenos reneses. Item do vrimoldo Malstorpe tres florenos reneses ad comparandum sibi libros pro studio. Item do domino ludolfo vryman in Bardewik tres florenos reneses. Item do ad structuram ecclesiarum in Stappenbeke et Bukevitz cuilibet vnam marcam denariorum. Et in Stappenbeke do historiam de corpore cristi. Item do leprosis in Bardewik et in Vlesfen cuilibet persone vnum solidum. Item do domui infirmorum sancti Spiritus iuxta Soltwedel et infirmis apud sanctum Georgium ibidem cuilibet vnum solidum. Item do fratribus minorum kalendarum in Soltwedel duas marcas denariorum, vt recipiant me in eorum fraternitatem, faciendò exequias me mortuo ac si funus esset presens. Item do fraternitati majorum kalendarum in Soltwedel summam pisani. Item do domino preposito in Soltwedel summam egidii. Item do et lego ad structuram beate marie virginis in Soltwedel vnam marcam annui redditus, Item monasterio in Arneffe vnam marcam annui redditus pro perpetua memoria annuatim peragenda, Similiter in Creuesen vnam marcam annui redditus pro perpetua mea memoria annuatim peragenda.

Item do fratribus in Sehufen duodecim marcas ad perpetuam meam memoriam annuatim peragendam. Item do fraternitati majorum kalendarum in Soltwedel duas marcas annui redditus pro memoria mea perpetua annuatim peragenda: et omnes iste memorie fieri debent cum vigiliis et missis singulis annis et colligi debent de redditibus, quos habeo apud heredes domini ludolfi de Winfen pie memorie. Item volo, quod totalis ordinatio et commissio commende elemofinalis per me instaurate apud sanctam Gertrudim prope Soltwedel cum quindecim marcis annualium reddituum maneat perpetuo apud consules ciuitatis antique Soltwedel, qui eandem me defuncto committere debebunt vni paupero presbytero non beneficiato et talis singulis diebus missam legendo concludat cum collectis, scilicet: deus, in cuius miseracione anime fidelium etc. — Cetera bona mea executoribus mei testamenti committo in vsum pauperum meorum consanguineorum et clericorum indigenorum et presertim illas ducentas marcas, quas michi moniales in distorpe tenentur, vel ad structuram ibidem conuertenda. Item volo, quod littere meorum reddituum quorumcunque ponantur iuxta arbitrium meorum testamentariorum ad locum eis magis placitum et convenientem. Item omnia et singula mobilia et immobilia, vbicumque locorum fuerint, quocumque censeantur nomine, de quibus specialis mentio legacionis non habetur in testamento, do et lego vniuersaliter et sigillatim ad structuram beate Ghertrudis prope muros Soltwedel videlicet in Bokhorninghe. Exequie mee fieri debent et solui de pecunia, que stat in deposito apud henricum de Vrden, opidanum in lüneborgh in auro renensi. Eligo jtaque, constituo etc. exeutores testamentarios — dominos magistrum Johannem Malstorpe in Capella sancti spiritus prope salinam, Bernardum cappellman in ecclesia parochiali beati iohannis Baptiste in lüneburch perpetuos vicarios, Johannem Binden presbyterum, Hinricum de Vrden in lüneburg et hinricum Dorheyden in Soltwedel opidanos etc. — Acta sunt hec in portico Ecclesie beatorum petri et pauli apostolorum Bardewicensis, Verdenensis dioecesis, presentibus discretis viris Johanne vagher, Johanne Mollik, Herbordo de olverdeshusen, hinrico kouot et ludolpho vryman perpetuis vicariis in dicta ecclesia beatorum petri et pauli apostolorum etc.

Et ego hinricus factor clericus Verdenensis dyocesis, publicus Imperiali auctoritate Notarius etc.

Nach dem Originale des Salzwedeler Archives, XVI, 38.

CCCIV. Die Alt- und Neustadt Salzwedel vergleichen sich, daß auf dem Hohensfelde, im Putleng und in den Jegewiesen jeder Bürger ohne Unterschied der Stadt sich ankaufen kann, am 25. September 1426.

Wy Borgermester vnd Ratman beyder Stede Soltwedel Bekennen vnd betugen opinbar in desseme breue, dat wy vns eyndrechtliken vordregghen vnd vorghan hebben ja dessen nascreuen stucken, dat vnse borger van beyden Steden moghen kopen vnd hebben de hufen vppe deme hoghenuelde vnd de hufen to putlentze mit alle erer tobehoringe vnde de wische, liggende beneden der Stad by der Jetzen. Welk borger de de vorsecreuen hufen edder wische kosten, deme schal me de vplatinghe dun In deme gerichte vnd to scriuen In der Stad, dar he borger